



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Philippi Clüveri[i] Germaniæ Antiquæ Libri tres**

**Clüver, Philipp**

**Lugduni Batavorum, 1631**

Cap. XXXV. De Lemoviis, qui & Heruli; item de Rugiis, Sidinis, atq[ue]  
Carinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44541**

## CAP. XXXV.

De LEMOVIIS, qui & HERULI; item de RUGIIS,  
SIDINIS, atque CARINIS.

**G**OTHONIBUS continuabantur ab occidente LEMOVIIS, his deinceps RUGII. Auctor in libro de Germaniâ : *Trans Lygios Gothones regnantur, paulo jam addictius, quam ceterae Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. protinus deinde ab oceano Rugii, & Lemovii. omniumque harum gentium insigne, rotunda scuta, breves gladii, & erga reges obsequium. Svinum hinc civitates ipso in oceano.* Ergo Rugii atque Lemovii in litora maris Svevici porrigebantur, inter Gothones & Viadrum amnem, quo vñ illa nationes, ad idem mare pertinentes, anteâ ab oriente clausimus. Miror, tam imperitos heic reperit interpretes, qui remotos à mari fuisse Rugios Lemoviosque inde judicent, quia auctor ab oceano eos collocet, quasi verò tam peregrina hæc sit locutio, uti, quo sensu dicta sit, intelligi nequeat. exemplum ejus est apud Plinius lib. 111, cap. 1V, in his verbis : *Maritima Avaticorum, superque campi lapidei, Herculis præliorum memoria. regio Anatolorum : & intus Deßvatiuum Cavarumque. rufus à mari Tricorium, & intus Tricollorum. Ipsum igitur oceani sive maris Svevici litus tenuerunt nostri Lemovii atque Rugii. ideoque subiungit noster; Svinum hinc civitates, ipso in oceano. nempe in insula, ut putabatur, Scandinaviâ.*

Terminum inter Lemovios Rugiosque statuo, Viperam flumen. Lemovios Gotonibus continuo, quamvis Tacitus primos nominet Rugios; quia in sinistrâ dicti fluminis ripâ hodiisque opidum, ostio adpositum, vulgari vocabulo è veterum cultorum nomine dicitur *Rügewolde*: præterque aliud est ejusdem ferè nominis intus, medio situ inter Viperam ac Viadrum, quod amnis etiam præterfluit *Röge* vulgo dictus. tum quia regio inter dicta duo flumina proxima est insula *Rugie*, vulgo *Rügen*: cui post Taciti tempora Rugii occupantes id nominis intulerunt. Limites igitur Rugiis antiquitus fuente ab oriente aëstro, Vipera flumen, seu extrema Asciburgii montis; ab septentrionibus mare Sveicum; ab occidente Viader, sive is est Sveus amnis, & lacus, vulgo *dat Frische haff* dictus, in quem effunditur Sveus. quâ parte etiam insula *VVollyn* iisdem Rugiis accedit; quia ea est ab dextrâ Svei amnis ostii ripâ. à meridie, quâ Sidini atque Carini erant contermini, lineam duco ab Svevo, quâ opidum est *Gripenhage*, ad Vipera usque fontem. Continetur hodiè his finibus magna Pomerania pars, quâ opida *Stargard*, *Golnow*, *VVollyn*, *Camyn*, *Nyen Träptow*, *Kolbarg*, *Cörlyn*, *Cöflyn*: item Marchiæ exigua portio, quâ loca *Tramborg*, *Falkenborg*, *Schöffelbeen*.

Ptolemaeo opidum est hoc tractu *r'ḡm*, *R U G I U M*, in mediterraneis: quod nunc esse illud ad *Rægium* flumen *Rögenwold*, nomen simul atque situs produnt. Alterum tamen illud, ad Vipera ostium, *Rügewolde*, eodem quoque vocabulo Latinè adpellare possis.

Ceterò ipsius gentis nomen corruptum legitur apud eudem Ptolemaeum *r'ḡm*, *Ruticlii*, pro *r'ḡm*. Verba ejus haec sunt: *Μεν ἡ τὸν Σάζονας διπλὸν χαλάσσαν τοῖσι μέσῳ, μέρη δὲ Σάζεας τοῖσι μέσῳ φαροδίων· ἀπαντόλων, μέρη δὲ Ταδέα τοῖσι μέσῳ, καὶ τοῦτος αὐτὸς οὔτις εἴληφα τοῖσι μέσῳ. id est: Post Saxonas, à Chaliso amne ad Sveum usque flumen Farodint, dein Sidini, usq; ad Taduam flumen: & sub his Ruticlii ad Vistulam usque amnem. Φαροδίων δεberet esse Σφαροδίων, Taciti Svardones, suprà ostensem est. pro Tadéa, scribendum esse Οὐιάδης, suo loco docebo. Viadrum autem esse eumdem & Sveum, suprà docui in Semnonibus. Quum igitur Ruticlii post Svardones & Viadrum ponantur; nulli alii esse possunt, quam Rugii Taciti: quibus Sidinos fuisse à meridie ad eumdem Viadrum conterminos mox monstrabo. In eò igitur a Ptolemaeo maximè erratum, quod Ptolemaeus τοῦτο, non τοῦτο τὸν Σιδίνας locaverit. Scripsisse eum *r'ḡm*, liquet ex opidi vel loci vocabulo *r'ḡm*.*

At posterioris ævi auctoriis, Polioni, Sidonio, Ennodio, Iornandi, Diacono, & aliis, dicti sunt *R U G I*; Procopio *r'ḡm*, *R O G I*.

Jornandes in rebus Gothicis Rugorum duo recenset genera. quorum alteros *U L M E R U G O S* à Gothis, antequam hi Vistulam transirent, debellatos narrat: uti planè eodem fuerint situ, quo Taciti modò Rugios inter Vipera Sveumque collocavi. alteros, nomine *E T H E L R U G O S*, quasi dicas *Nobiles Ruggos*, falsò in Scanziâ describit: ex quâ ille omnes has nationes provenisse fabulatur. In eâdem & hos cum reliquis Rugis fuisse regione, inter Vipera ac Sveum, haud dubitandum est. quibus tamen limitibus inter se distincti egerint, haud facile dixerim.

Ad Da.

Ad Danubii ripam, posterioribus temporibus eos transisse, testis est Diaconus de rebus Langobardicis, lib. I, cap. xix, his verbis: *His temporibus inter Odoachar, qui in Italia per aliquot jam annos regnabat, & Feletheum, qui & Fera dictus est, Rugorum regem, magnarum inimicitarum fomes exarsit. qui Feletheus illis diebus ulteriorem Danubii ripam incolebat, quam à Norici finibus idem Danubius separat. Adunatis ergo Odoachar gentibus, quae ejus dictio parebant, id est, Turcilingis, & Herulis, Rugorumque parte, quos jam dudum posse derant, nec non etiam Italie populis, venit in Rugiland, pugnatique cum Rugis, ultimaque eos clade consciens, Feletheum insuper eorum regem extinxit. vastaque omni provinciâ, Italiam repetens, copiosam secum capti vorum multitudinem abduxit.* Tunc Langobardi de suis regionibus egressi, venerunt in Rugiland, que Latino eloquio Rugorum patria dicitur. Eodem tractu hanec Rugilandiam ad Danubium haud obscurè ostendit & Procopius, Goticar. ret. lib. II. Verba ejus, de bello inter Langobardos & Herulos loquentis, hæc sunt: *οι μὲν ταῖς εἰσόδοις οὐκέτι εἶχον τὴν Ερυθρὰν ἐπειγούσαις, οὐδὲν δέ τι τηροῦσσιν οὐδὲν τοῖς παρερχοῦσιν εἴχον· αὐτοὶ δέ τοι πάντες οὐκέτι εἰσώρεται, πλὴν γένους τοῦ Σύμπαντος, οὐδὲν τὸ στόματός εἴσι, οὐδὲν τὸ πατέρα οὐδὲν γυναικί τοι εἰσώρεται. επειδὴ αφίσθοι εἰς χωραν, οὐδὲν τοι παλαιόν τοι εἰσώρεται, (οἱ τοῦ Γότσων σπαθῶν αναμιχθέντες εἰς τατταίς εἰσώρεται) επειδὴ αφίσθοιτο. αὐτὰς επειδὴ τῷ λιμῷ εἰσέστητο, αὐτοὶ οὐκέτι εἰσώρεται, οὐδὲν τοις Γεταῖσιν καρέεις αφίσθοι.* id est: Pars maxima Herulorum occubuit: pani vero evaserunt. quo factum; uti patriis in sedibus permanere amplius nequirent; sed illis relictis, quamcelerrimè in anteriora loca semper procederent, & omnem regionem, qua est extra Istrum, cum liberis & uxoribus per vagarentur. Postquam verò ad regionem pervenire, quam Rugorum quondam gens incolauerat, (ii, Gothorum exercitu permixti, in Italianum profecti sunt) imibi sedem fixerunt. Quum verò fame premerentur, ut in loco deserto; non longe post prope Gepadarum regionem se contulerant. Ergo Rugii jam ante Justiniani tempora inter Transsilvaniam, Gepidarum tunc sedem, & Istrum incollerunt. Una cum Gothis domo ab oceano in Sarmatiam & ad Mæotin paludem, hinc vero ad Pontum & Istrum fuisse profectos, ex Herulorum & Vandilorum exemplo conicerim. De Herulis mox videbimus. de Vandilis ita Procopius, Vandilicarum rer. lib. III: *ροτοδιάθηνται μὲν καὶ αὐταὶ πεπορτόντες τοῦ, καὶ τοιούτου εἴσι. τοῦ δὲ δῆλον περιέσται τε τοι επιδογόνων, τοῖσι οὐτοὶ καὶ βασιλοὶ, καὶ Οὐτοράθοι καὶ Γηπαιδεῖς.* id est: Gothicæ quidem gentes multa fueræ & aliae antea, & nunc sunt. at omnium maxime atque precipua, Gothi, Vandili, Visigothi, & Gepida. In aliis igitur illis & Rugiis haud dubiè connumerabantur. Idem tradit Nicephorus Callisti, lib. xiv, cap. LVI, in Valentiniiano III. Ceterum de Rugis in Italiam agentibus, hæc Ennodius in vita divi Epiphani: *Posthinc, digressis Gothis, civitas Ticinensis Rugis est tradita; hominibus omniferitate immanibus; quos atrociter & acerba vis animalium ad cottiadina sceleris sollicitabat. diem putabant periisse, qui illos sine facinore, casu aliquo interveniente, fugisset.* Hæc igitur de Rugiis, sive Rugiis.

quo intervenient, &c. Hac sigla de pag. 117. L E M O V I T hinc, quibus terminis à Gothonibus submoti fuerunt, suprà in illorum explicacione ostendens est. Includit eorum finibus nunc magna Cassubia pars, in cuius medio opidum *Lewenborg*, sive *Lavenborg*; & ad mare *Puutzke* & *Heel*. item Pomerania proxima portio, quà opidum *Stolpe*.

Nomen *Lemoviorum* apud nullum alium auctorem reperi miror; quin tamen solos hos, in communione omnium harum gentium commigratione, quievisse non sit credibile. quamquam vulgata Strabonis exemplaria referant *zavas*; & ipsos prorsus ignotos, nisi ex Tacito facias *Ascopi*. Posterioris avi scriptores plerumque Rugis, in externis regionibusarma circumferentibus, conjungunt *H e r u l o s*: quod à Diacono factum, modò videmus. Jornandes de eodem Odoacro regenarrans, Rugorum quidem non meminit; at Herulos ei subjectos refert his verbis: *Odvacer, Turcilingorum rex, habens secum Scyros, Herulos, diversarum gentium auxiliarios.* Ex hoc argumento equidem conjecterim, olim etiam in priscis apud mare Svecicum sedibus, fuisse Rugii conterminos Herulos. Idem Jornandes anteā: *Gothorum rex Hermanicus cum tantorum servitio carus haberetur, non passus est, nisi & gentem Herulorum, quibus praeerat Alarius, magnâ ex parte trucidatam, reliquam sue subigeret ditioni.* Nam predicta gens, Ablabio historicō referente, juxta Meotidas paludes habitans, in locis stagnantibus, quas *Graci Hele* vocant, *Heruli* (fortè *Heluri*) nominati sunt: gens, quanto velox, eo amplius superbissima. nulla siquidem erat tunc gens, que non levem armatram in acie suâ ex ipsis elegerint. Sed quamvis velocitas eorum ab aliis sepe bellantibus eos tutaretur; *Gothorum tamen stabilitati subiacuit, & tarditati: fecitque causa fortuna, ut & ipsi, inter reliquias gentes, Getarum regi Hermanico servierint.* De velocitate eorum testis & Sidonius, in carp. VII:

*Carus Herulus, Chunus jachis, Francusque natatu.*

De origine nominis, quasi id habuerint  $\Delta\pi\tau\tau\pi\lambda\omega$ , id est, à paludibus, quasi ε'λεροι dicti, vulgare fuit illius ævi deliramentum; ut patet ex Etymologo, & Dexippo Στοιχεῖον XII. Iornandes, sub principio libri de rebus Gothicis, Scanzia hos recenset populos: *Sunt ex his exteriores Ostrogotha, Raumaria, Raugnarici, Finni mitissimi, Scanzia cultoribus omnibus mitiores: nec non & pares eorum Vinoviloth, Sveothidi, Cogeni in hac gente reliquis corpore eminentiores.* quamvis & Dani, ex eorum stirpe progressi, Erulos propriis sedibus expulerunt; qui inter omnes Scanzie nationes nomen sibi ob nimiam proceritatem affectant præcipuum. sunt quamquam & illorum positurā Granit, Aganzie, Vnixa, Ethelragi, Arochi, Ranni. Certè, non magis Hetuli Scanzium incoluerunt, quām Ostrogothi, vel Ranni; quorum hos Hel-<sup>10</sup> moldus lib. I, cap. vi, in Rugiorum insula, etate suā, facit Slavos, id est, Sarmatas. Ego sic judicaverim: quia & Gothi, & Rugii, & Ranni fuerunt in citeriori Sveci maris li-tore: Hetulos quoque ibidem incoluisse, simulque hinc, cum Rugis & Gothis, in ex-ternas regiones profectos. Quia verò sedes hec nulla tribui iis potest, nisi quam Lemovios Taciti ævo obtinuisse modò ostendi; aut corruptum esse apud Tacitum Lemovio-<sup>20</sup> rum vocabulum dixerim, aut Lemovios nomen hoc post Taciti etatem in Herulorum vocabulum mutasse. Facit pro Lemoviorum vocabulo quodam modo nomen fluvii *Leve*, & opidi adpositi *Levenborg*. facit item multo magis pro Herulis vocabulum opidi *Hele*, sive *Heel*, in peninsulā, ante Vistulæ ostium occidentale, siti. à quo loco fortè dicti fuere *the Heler*. (Latinè fucrint *Heli*.) quod vocabulum Graci postea fecerūt ε'λεροι. quasi hoc derivatum foret, non à patrio loco, sive vico *Hele*; sed à Græcā voce ε'λη, qua paludeis significat. Alii, transpositis liquidis, pro *Heluri*, dixerūt *Heruli*; quod apud plerosque ob-tinuit. Gothis fuisse apud Vistulæ ostia conterminos, ex Procopii maximè perspicio re-<sup>30</sup> rum Gothicar. lib. II; ubi ita scribit: Οὗτοι δὲ οὐλαῖται βίσσον· ἦν δὲ τὸν θέρων οἱ τετράς εἰσι, ταράξ δὲ Ερέλων τὸν οἱ ἐπηλύνται ιδρυσαντο. id est: *Hoc quidem modo Thulite vitam degunt. quoram una gens numerosissima Guti: apud quos Heruli advene habitarunt.* Per Thulen intelligere eum Scandinaviam peninsula, infrà parebit. In hac quia erant *Guti*, nomine ab *Gothorum* vocabulo haud multum abhorrente; prope Gothos autem ad Vi-stulæ ostia incolerent Heruli: hos quoque in Scandinaviā apud Gutos sedem quondam habuisse credidit. Unā cum Gothis longinquam illam fecisse expeditionem, ex eo li-<sup>40</sup> quet, quod & ipsi Maeotin paludem quondam accoluisse dicuntur. Hinc Gotthorum partem eos facit Zonaras in Galieno, his verbis: Εἶμαι καὶ Αιράλοις, Σκυθικῆς φύει καὶ Γοτθικῆς, επεξελθόντες σφεγγόντες. id est: *Deinde Herulos etiam, Scythicam Gotthicamque gentem, superavit.* Zosimus lib. I, ac Svidas, circa Tyram flumen, quod nunc est vulgo *Dniester* & *Niester*, & Pontum collocant. Zonaras, in Justiniano, ad comprimentam Constantinopoli Ve-nete Praesinæque factionem μολέγει πώνα βαρβαρῶν τῶν καλυμμάτων Αἰρέλων vult immisram; id est, partem barbarorum, qui dicebantur *Heruli*. Nihil igitur certius, quām fuisse eos ad Vistulæ ostia, inter Rugios & Gothos: quo situ Tacitus luos recenset *Lemovios*. Partem eorum jam Maximiani tempore cum Caivonibus omnem Germaniam aversâ regione ad Rhenum usque penetrasse, ex Mamertini panegyrico, Maximiano dicto, disco. Cum omnes, inquit, barbare nationes excidium universæ Gallia minarentur, neque solum Burgundiæ & Alamani, sed etiam Chaibones, Erulique, viribus primi barbarorum, locis ultimi, pre-cipiti impetu in has provincias irruissent. Merito Heruli dicebantur ultimi; quia ipsum Germaniæ ab oriente terminum Vistulam amnem accolebant. Pergit paullo post ita Mamertinus: Ita cuncti Chaibones, Erulique cuncti tant à interneccione eas imperfectique sunt, ut exstinctos eos relictis domi conjugibus ac matribus non profugus aliquis è prælio, sed victoria tua gloria nunciaret. & in genethliaco ejusdem Maximiani: *Gens Caivonum Erulorumque deleta.* Omnis Herulorum gens an tunc delecta fuerit, equidem nescio. fuisse postea *He-<sup>50</sup> rulos* inter Romanos militeis Batavis conjunctos, ex Marcellini lib. XVI & XXVII disco. Atque haec tenus de Herulis.

Rugiis conterminos fuisse à meridie S: D: N: O: S: jam anteā dictum. Hos exemplaria Strabonis, lib. V:II, inter alias Marobodii regno subjectas genteis, referunt Σελίσσες. quos ego omnino ignorabam, qui aut quā regione fuissent, ni apud Ptolemaeum occur-rissent, eodem inter Vistulam Svevumque situ, Σελίσσες, sive, ut vulgata habent exemplaria, Σελίσσοι. Apud Strabonem quum cuncta fermè Germanicarum gentium vocabula sint pessimum in modum corrupta; illud etiam Σελίσσες non prætulerim Ptolemai Σελίσσοι. Hos igitur quia Ptolemaeus Svardonibus facit ex dextrâ Svevi ripâ conterminos; Rugii autem fuerunt ad litus oceani: necessariò illi collocandi erunt non īm τας Ρωμας, ut fecit Ptolemaeus,

Ptolemæus, sed *Carini*. Itaque terminum iis constituo ab septemtrionibus eundem, quem Rugis à meridie, ab occasu, quā Nuithonibus ac Langobardis continuabantur, Sveum amnemi, ad confluentem usque Vartæ à meridie, quā Semnonibus jungebantur, Vartam, ad Notesii usque confluentem: & inde, quā Carini occurrerant, ipsum Notesium, ad confluentem usque Tragi. hinc ab ortu, ipso Trago, ad Rugiorum usque confinum, ab iisdem Carinis distingvo. Cont netur hodiē his finibus Marchiæ pars, inter Tragum, Notesium, Vartam, ac Sveum amneis sita: item Pomeraniæ portio, quā opidum *Piritz*.

Ptolemæo hoc tractu opidum est *Ovijerov*, *VIRITIUM*, inter Sveum ac Vistulam, propius tamen Sveum positum, id esse nunc dictum opidum *Piritz*, nomen juxta ac situs indicant.

*CARINI* igitur ab occasu terminabantur dicto amne Trago: à septemtrionibus, prædicto Rugiorum limite, usque ad Asciburgium montem. ab ortu ipso monte, ad opidum usque *Kráinká*, à Gothonibus; hinc linea, ad Notesium amnem & opidum *Pita* ductâ, & ipso Notesio ad Vartæ usque confluentem, à Burgundionibus eos separo. Comprehenduntur nunc his finibus exiguae quædam portiones Marchiæ ac Poloniæ; quarum confinum est inter flumina Tragum atque Gudam. *Carinorum* unus meminit Plinius, lib. IV, cap. XIV: *Germanorum genera V: Vindili; quorum pars Burgundiones, Varrini, Carini, Guttones.*

De cetero, Sidinorum Carinorumque quia post Plinium Ptolemæumque nulla apud 20 autores fit mentio; in altus cuiusdam gentis nomen, expeditione suscepta, transisse, credibile est. In Burgundionum corpus transisse, ideo credo, quia hi, quum Taciti ayo, ut mox ostendam, fuissent exiguæ atque humili civitate, postmodum ingenti multitudine in Galliam effusi sunt; pars etiam cum Gothis in Sarmatiam ac Daciam.

## C A P. XXXVI.

*De BURGUNDIONIBUS; qui & BURGUNDII, &*

*BURGUNDI. item de PALATINATIBUS Germanie.*

30 **N**TER claras Germaniæ nationes haud postremi fuerunt posterioribus temporibus *BURGUNDONES*. Hos cur auctor noster in accuratâ illâ suâ Germaniæ descriptione prorsus non nominaverit, rationem aliam dari haud posse puto, quâm quod gens etiam tum exigua, civitasque eorum humilis fuit; ac fortè in aliis gentis, pura Lygiorum, tutelâ. Meminit tamen eorum ante Tacitum Plinius lib. IV, cap. XIV, his verbis: *Germanorum genera quinque: Vindili; quorum pars Burgundiones, Varrini, Carini, Guttones.* Strabonis etiam exemplaria, in lib. VIII, in Marobodui regno referunt *Mægianas*. quos, alioquin ignotos, jam dudum viri eruditî, vero nomine redito, fecerunt *Burgundianas*. Agros his, pro modulo prisca civitatis, reliquimus inter Lygios, Semnonas, Carinos, Rugios, Lemovios, sive Herulos, atque Gothonas; in parte Poloniæ, quâ opida *Gniezno*, *VVagrowiec*, *Rogozno*, *V'scie*, *Nakiel*, *Râdzicewo*, & lacus 40 *Gopfo*. Atque hic situs quamaptissimè Burgundionibus convenit. heic quidpe commode à conterminis Gothonibus bello peti potuerunt: quod factum, ex Jornande suprà in Gothonibus notavi. hinc etiam recte, unâ cum Lygiis, Probo Romanis imperitante, ad Rheenum profecti narrantur *Zosimo*, in lib. I; ut suprà in Lygiis ostensum.

Ceterum circa nomen eorum, atque situm, variè multumque Ptolemæus oberrat. In Sarmatiæ descriptione sic habet: ελατθονα ἐθνη νέμεται τὸ Σαρματίας· οὐχὶ οὐ ποτὲ οὐδὲ λαον τούτου οὐδὲ οὐδὲ οὐδὲ, Γύθων· οὐδὲ Φινοι· οὐδὲ Βάσανες· οὐδὲ θραγυνδιων· οὐδὲ Αναρπων, οὐδὲ Τερφαλων· οὐδὲ Ανισχλα τούτου. hoc est: *Minores autem nationes Sarmatiæ incolunt; apud Vistulam sive Venedis Gythones; dein Finni; dein Bulanes; sub quibus Frugundiones. tum Avarini, apud fontem Vistule. Venedas heic adpellari eos, qui Codanum 50 sinum, sive Svecicum mare, Prussia Livoniæque litore adcoluerunt; Finnos autem omni ayo fuisse eodem situ, quo etiam nunc sunt, inter Livoniæ, Russiam, ac Svediam, suo loco ostendam. Gothones ad sinistram pertinuisse Vistulæ ripam; Avarinos autem eosdem esse ejusdem Ptolemæi Virunos, aliorum verò Varinos, inter Chalsum Sveumque circa Rostochium incolenteis, jam antè docui. Igitur tot ac tam feedis Ptolemæi erroribus circa has horas compertis, quis non jam credat, θραγυνδιων; quoque eis Vistulam esse retrahendos, nomine eorum purgato in Βεργυνδιων; Accidit ei heic idem in Vistulâ amne, Germaniæ quondam orientali termino, quod suprà in Rheno, occidentali limite: ubi *Mediolanium*, *Tenderium*, *Novesium*, *Asciburgium*, *Cisrhenanorum* locorum vocabula,*